Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31624
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



norma sacris litteris imbutam et nutritam nomine vulfdrudis in uice
sua coactam constituit. regere gregem dei et ministrare.

Beata igitur famula dei gerdrudis postquam uinculo omnis de sede conscientie
sue relaxauit. quasi triumphum mensium spacium indesinenter orando. ex-
hortando. suisque uerbum dei predicando loqui non cessauit. Spe gaudens
in tribulatione patiens. mente inuicta. uultu serena. transitus sui diem
ad esse optabat extremum. decarcere ad regnum. detenebris ad lucem. de
morte festinans ad uitam. Et cum solo hoc esset corpore inmundo. cor-
ruptione animo ad eternam preparabat. uirtutibus proficiebat. continuis orationibus. afflic-
tione abstinentie singulariter seruiebat. et in aspera cilicia sub
ueste occulte suum induit corpus. ne ullam in hac uita suauitatem
refrigerii haberet. nisi ut iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Cumque
ad diem peruenit extremum. ita decreuit. ut in ipso sepulture sue loco
nullam lanam nisi lineam uestem super se misisset. preter unum uelum uile mul-
tum. quod quadam peregrina sacrimonialis ante dies plurimos illi pro benedictione
dixerat. ad caput cooperiendum ipsum cilicium. In sepulchro autem ut in
pace quiescat nullo alio uelamine uoluit cooperiri. exceptis his du-
obus cilicio uidelicet quod induta fuerat. et panno ueteri. quod ipsum cilicium re-
gebat. Dicebat. Hec quod res superflua nichil morientibus uiuentibus
prodesse potuisset. quod uerum esse sapientes testantur. Deinde cum appropinquaret
dies assumptionis anime illius. uocauit unum de fratribus et precepit ei dicens.
Vade festinanter ad illum peregrinum qui de nomine vultanus uocatur. ipse est se-
[illegible] motus in monasterio quod appellatur fossu-
ense. et dices ad eum. Virgo christi gerdrudis misit me ad te interrogare
te. qua die migratura sit de hac luce. At ille misso eius respondit. Cras-
tina die inter missarum sollempnia dei ancilla christi uirgo gerdrudis de cor-
pore est migratura. Sed et dic ei ut non timeat neque trepidet de obitu suo. sed
leta pergat. quia beatus patricius episcopus cum angelis dei et sanctis omnibus cum ingenti
gloria paratus est eam recipere. Vade et tu uelociter. Qui reuersus nunciauit fa-
mule dei quod dictum fuerat ad eum. At illa quasi ex somno euigilans hila-
rem pre gaudio reddidit uultum gratias agens domino. quod per seruum suum an-
cillam suam dignatus est consolari. Et ita de promissione domini leta permansit.
et totam noctem cum sororibus in psalmis et orationibus duxit peruigilem. Cras-
tina autem die diuina hora quasi. vi. iuxta uiri dei uerba sacratissimum cor-
poris et sanguinis domini uiaticum accepit. et inter missarum sollempnia fi-
nita oratione diuina. xxx. etatis sue anno. xvi. Kal. apl. migrauit
ad dominum. Omnes uero qui aderant suauissimi odoris fragrantiam sen-
serunt. et corpus eius in ecclesia beati petri apostoli cum omni deuotione sepelierunt.
Erat autem quedam abbissa in monasterio treuerensi nomine modesta. ab in-
fantia sua domino consecrata. et beate gerdrudi in amicicia diutina famili-
ariter coniuncta. quia quamuis longe positae. longeque disiunctae fuissent
corpore. animo tamen atque cordis dilectione semper presentes fuerunt. et equaliter domino in
sinceritate cordis sine dolo seruierunt. Cumque predicta dei famula
modesta in monasterio suo treueris posita. orationis causa ecclesiam
intraret. seque ante altare beate marie semper uirginis in oratione prosterneret.
finita oratione surrexit. et uidit in dextro altaris latere sanctam gerdru-
dim stantem in eodem habitu. atque in eadem specie qua ipsa formata fuit
et dixit ad eam. Soror modesta. tene hanc uisionem. et sine ulla ambi-
guitate scias me hodie. et in hac eadem hora carcere carnis absolutam.
et in celesti sede locatam. Ego. Hec sum gerdrudis uirgo christi. quam in carne
positam licet facie ad faciem non uidisti. semper tamen multum dilexisti. Et
his dictis ab oculis eius ablata est. At illa de tali uisione die eadem nemini

quicquam indicauit. et cum die crastina aduenisset ciuitatis episcopus nomine
glodulfus. inter alia colloquia interrogauit eum in quo habitu uel qualiter
specie sancta gerdrudis fuisset. Qui statim per ordinem narrauit staturam eius.
et speciem decoris illius. At illa adiecit dicens. Qua reuelatum est mihi heri
hora quasi. vi. quod de hac luce ipso die et eadem hora migrasset. et aula ce-
lestis regni gaudens intrasset. Tunc episcopus notans diem et horam pronuncios
suos ita factum esse cognouit. sicut ei modesta abbissa narrauit. Post an-
num quintum decimum obitus sancte gerdrudis uirginis christi in monasterio niua-
lensi cui ipsa prefuit. grande factum est incendium. ita ut pene nullus
spem haberet ad liberandum monasterium. Tunc uir unus cui cura monas-
terii commendata fuerat. repente eleuans oculos suos uidit sanctam
uirginem stantem in summitate refectorii in ipso habitu quo prius fuit. et cum
ipso uelamine quo erat cooperta. flammam de monasterio iactauit. et
ab incendio liberauit. Post hec reuelatum est sororibus. ut nullus hominum
ultra in lecto beate gerdrudis dormire presumeret. et portauerunt eum cum
magno honore in ecclesiam beati pauli apostoli. Fuit autem in regione eadem
quedam puella. quod post nimiam totius corporis infirmitatem in lumen oculorum ami-
sit. et cum nullus eam medicorum curare potuisset. parentes eius duxerunt eam ad
monasterium niualense. ut saltem ibi medicum aliquid inuenirent quod eam cu-
raret. Tunc in ipsa nocte apparuit ei sancta gerdrudis dicens. Puella no-
lite timere. sed uade credens in dominum. n. i. christum ad lectum meum qui est in ecclesia beati
pauli apostoli. et ibi recipies sanitatem. Cum autem die tercio illuc uenisset.
prius. Hec propter nimiam infirmitatem illuc uenire non potuit. fusa ibidem
oratione aperti sunt oculi eius. et totum corpus quod antea uulneribus plenum fuit ita re-
pente sanatum est. quasi numquam uulnus aliquid habuisset. Illa autem domino gratias agens
gaudio magno repleta et exultatione ad parentes reuersa est.
Alio quoque tempore latrones puerum quendam comprehendentes ligauerunt eum.
et cum uoluissent eum extra patriam uenundari. subito rememo-
rans nomen sancte gerdrudis deprecatur eam ut sibi auxilium impenderet.
et statim ceciderunt uincula de manibus eius. et cepit currere ut se liberaret.
Latrones autem similiter currentes sequebantur illum ut eum iterum comprehenderent.
et non potuerunt. et sic liberatus est per auxilium sancte gerdrudis de manibus eorum.
Deinde uir quidam in magnis criminibus inuentus. et ob hoc iussu domini sui tentus
et in uinculis constrictus. ceteris qui aderant de uite illius spacio nichil spe-
rantibus. ille in tali angustia constitutus. cepit [illegible] inuocare sanctam
gerdrudem uirginem christi. et statim confractis ferreis [illegible] nexus quibus constrictus
erat. eosque secum detulit ad monasterium niualense. gratias agens domino.

Anno. xxxiii. post obitum beate gerdrudis inspirante domino [illegible]
uenit in cor germane sue beccae nomine. ut sibi ipsa monasterium uellet
construere. et tali deuotione ad monasterium beate gerdrudis uenit. postu-
lans agnen quod tunc temporis prefuit monasterio niuelensi. similique omnem
congregationem. ut aliquid ei solatium prebuissent de causa spirituali. unde
maximam necessitatem habuisset. initium deuotionis sue. Omnes
uero congregatio dederunt reliquias et libros sanctarum scripturarum. Similiter quoque de-
derunt ei sorores spirituales seniores. quod in ipso monasterio docere potu-
issent regularem uitam. normamque et religionis initium. et ex eodem
lecto partem. a quo beata gerdrudis migrauit ad dominum. Tunc christianissi-
ma matrona acceptis omnibus quae ad reuerentiam religionis pertinebant
detulit ad monasterium suum cum gaudio magno. Cum appropinquaret
autem monasterio quo tendebat. leuauerunt cruces cum canticis et lau-
dibus. et deferebant reliquias. ponentes iuxta altare sancte genofeue
uirginis christi. Quas autem homini uerbis explanare potuit quanti erant ibi